

# Mythologia, Venise, 1567 - III, 12 : De Nocte

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III**

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 12 : De Nocte](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III**

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 13 : De la Nuict](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III**

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 12 : De la Nuict](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 12 : De Nocte, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/825>

Copier

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 72r°-73r°

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Nuit](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

minibus minitanti, si crederetur, quis peieraret? quis prædaretur? quis vel fratrem, vel virum bonum pulsaret, aut falleret? quis homo ineptissimus, & omni plebecula rudior ac impurior intrepido animo alterius controuersias indicaret, si crederet suorum iudiciorum rationem aliquando sibi esse reddendam? cum nulla fides vel antiquorum dictis, vel Christo denique summi Dei filio habeatur; inde accidit ut omnia fraudibus, omnia insidiis, omnia controuersis plena sint, omnia periuriis atq; plus potest in iudiciis opulenti hominis, quam legum humanarum vel diuinarum autoritas. sed malos denique male perdet. hætenus de Tartaro satis dictum est, nunc de reliquis inferorum ministris dicamus, ac primum de Nocte.

10

De Nocte.

Cap. XII.

**N**Equè Nox quidem paruo in honore fuit apud antiquos, quam Deorum omnium antiquissimam crediderunt, cum omnes locos ante Deorum ortus occupasset, & informem materiam, quæ Chaos dicta est. Hanc tamen nonnulli ex ipsa informi materia natam esse putarunt, sicuti testatur Hesiodus in Theogonia;

Εκ χαοῦ ἔρρεθ' Ἐρεβός, καὶ λαοὶ ἐκ αὐτῆς ἔκρινοντο :

Inde Chao est Erebus, Nox & tenebrosa creati.

20

Hanc antiquissimam vocarunt illi poete, qui è Chao natam esse crediderunt, cum neque illam quidem ante mundum in ordinem digestum, vsquam fuisse intelligant. Sic igitur illam antiquam appellauit Aratus in Astromonicis;

ἀλλ' ἄρα καὶ πρὶν αὐτῆς γενέσθαι ἀρχαὴν αὐτῆς  
καὶ παλαιὰ καὶ νεώτερα πάντα χρηματὶς ἔδειξε  
ἀνάλτο καὶ μέγα σπῆμα.

Nox antiqua suo curru conuoluitur aram

Hanc circum, quæ signa dedit ceterisima nautis

Commiserata virum metuendos undique casus.

30

Non iniuria igitur Orpheus in hymnis hanc Deorum ac hominum matrem appellauit, quod omnia ex illa nata esse credantur, ut in his legitur;

Νύκτα τὴνδε γένετ' ὅρα καὶ ἡμέραν, ἣ δὲ καὶ ἀδελφεὴ  
τοῦ ἡμετέρου πατρὸς, ἥ καὶ κύριος καλίστατος.

Te canimus Nox alma parens hominumq; Deumq;

Cunctorum alma parens, quam Cyprida dicimus esse.

Hæc vehabatur in curru, ut dictum est à poetis; cuius ante rotas astra nitescere dicebantur, ac præuia esse, sicut in his scripsit Theocritus;

χαίρει δ' ἄλλαι

ἀδελφεὴ καὶ ἀδελφὸς αὐτῆς ἡμέρα καὶ ἡμέρα.

40

Salueteq; Noctis

Sidera, quæ canthis tacite præcurritis alta.

Vehabatur autem à bigis, ut ait Virgilius libro quinto;

Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.

Quamobrem Apollonius libro tertio noctem venientem describens, illam dixit iugum equis imponere;

τοῦ δ' ἡμετέρου ἡδαιετο ἡ νύξ' ἐπὶ ζεύγεσσι.

Nox iniecit equis iuga.

Quod

Mythologiæ.

Quod genus incedendi in Nocte recentius est Homeri temporibus: nam ad Homeri usque tempora nemo prorsus poetarum vestam fuisse in curru Noctem scriptum reliquit. alii alaram illam fuisse, sicut Cupidinem & Victoria, tradiderunt: quam opinionem secutus Virg. ita scripsit lib. 8.

Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.

Alii præterea voluerunt hanc ex Oceano confurgere decedente die, sicut idẽ poeta lib. 2. *Aeneidos*;

Vertitur interea coelum, & ruit Oceano Nox.

Involuens umbra magna terramq; polumq;.

10 Quam tamen non ut ex Oceano, sed ut ex Erebo venientem ita Euripi-  
des invocavit;

पञ्चमः अध्यायः.

ἡ ἀποδείξις τοῦ ἀποδείξεως βιβλίου

ἰσοπέδου ἔστω, μέλας μέλας ἀπὸ τῆς γῆς.

Verenda verenda Nox,

Quædā somnia miseris mortalibus

Ex Erebo veni, cede cede volucris.

Et Orpheus ad inferos lucem mittete, ac rursus ipsam ad illos accedere  
scribit in eo carmine;

30 ἐφύλαξε τὸν λαόν σου ὡς τὸν ὄφθαλμον τοῦ κυρίου, καὶ ὡς τὸν ὄφθαλμον τοῦ κυρίου.

File 2/460.

Quæ lucem pellis sub terras, rursus & ipsa

Tartara nigra petis.

Huic, ubi sacrificaretur, mos fuit ut gallus immolaretur, tanquam animal fi-  
lento aduersarium, ut ait in libro secundo de Diis Theagenes. Multi No-  
tis filii fuisse commemorantur: nam & Rabiem eius filiam fuisse scripte Eu-  
ripides in Hercule infano;

உயர்நீதிமன்றத்தின் தீர்மானம்

Διάγραμμα 3.6: Σύνολο των ερωτήσεων.

30 Rabiem senes hanc noctem natam fidite

Cuncti videntes.

Sic etiam Rixam siue Cōtentionem atque Invidiam eius filias vocavit Hesiodus in Operibus & Diebus inquiring;

τὸ δ' ἐν τῷ ποταμῷ μὴ ἐκείνῃ τῇ ἐπιβολῇ.

Namque illam primam pariens Nox edidit atra.

Et quæ in hanc sententiam sequuntur, deinde idem poeta in Theogonia mul-  
tos scripsit fuisse Noctis filios, ut est in his versibus;

Νὺξ ἴστα· τὸ γένος αἰετός, καὶ αἴρε μέλαινα,

καὶ ἔπειτα, τίνα δ' ὄψον, ἔπειτα δ' ἀλάσδ' ἔπειτα,

[illegible]

40 *Tercet antiphona hinc rursus ad Epistolam.*  
Nox peperit Fatumq; malum, Parcāq; nigramtem.

Et Mortem, & Somnū, diuersaq; Somnia. natos

Hos peperit nulli Dea nox coniuncta marito.

intertio libro de Natura Deorum cum omnes

connumeravit, tum illos patre Erebo genitos fuisse tradidit, ut patet in his, Quod si ita est, Cœli quoque parentes Dii habendi sunt, Aether, & Dies, eorumq; fratres & sorores; qui à Genealogis antiquis sic nominantur. Amor, Dolus, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miseria,

seria, Quærela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parex, Hesperides, Somnia, quos omnes Erebo & Nocte natos fuerunt. Verum de iis, quæ fabulosè de Nocte dici solent, satis. Ex illa nuper commemoratæ pelles natæ esse dicuntur, quæ inscitia & malicia mortalium, quæ Nox est mentis, omnium prope calamitatum, quæ humanum genus inuadunt, parens est & alitrix: cum æquitas, tæquam Aquilo leuissimas nubes, has ex hominum conspectu possit propellere. Hæc enim omnia inscitiam consequuntur, cum ea quoque quæ sunt naturæ possint nonnihil retardari sapientia, aut certe leuiora effici, ut senectus, amor, fatum, mors, & alia huiusmodi: Noctem antiquissimam appellarunt, quia antequam sol & cælum fieret, nulla erat lux: quam ex Erebo & ab inferis venire sinxerunt, cum terram semper circumeat: nam sole in inferiore cæli parte sub terra occultato, apud nos umbram esse terræ necesse est, cum nihil aliud sit nox, quàm umbra terræ. Hanc in curru vehi sinxerunt antiqui, quia nihil cum labore sit diuturnum, & ad narrationis voluptatem. Dicta est eadem mater omnium, quia rerum omnium partum antecesserit, & à nocendo Nox dicitur, ut quidam voluerunt, quia noctis humor infusus sit hominibus, quod vel in laborantibus scabie, vel febre, vel aliis morbis, patet: quæ quidem grauiora sunt, magisque infestant per noctem. nunc de morte dicamus.

## De Morte.

## Cap. XIII.

Mors cum esset sola propè & potentissima omnium inferorum satelles, omnesque mortales ad Acherontem fluuium traiciendos deduceret, nihil propè de se fabulosum audiuit; nisi quod soror esset Somni, ut scriptam reliquit Homerus in lib. I. Iliadis

Ἥδ' ἔσθ' ἐν ὕπνῳ καὶ θάτῃ τῇ θάνατος.

Tum Mortis fratrem Somnum conuenerat ipsa.

Quodque à Nocte matre sua fuisset educata. Quare memorie prodidit Pausanias in Eliacis apud Eleos in templo quodam feminam expressam fuisse, quæ pueros sopitos sustineret, manu quidem sinistra, album; at dextra alterum nigrum; & hunc dormienti similem distortis pedibus; quorum inscriptiones indicabant, alterum esse Somnum, alteram Mortem: ac femina quæ illos alebat, Nox erat. Hæc ipsa mors omnium malorum, hæc omnium humanarum calamitatum, hæc omnium dolorum remedium optimum data est hominibus Dei sapientissimi beneficio, quod in illo epigrammate suauiter expressit Agathias;

τίς θάνατος τί φοβῆσθαι, τίς ἀνθρώπων τῆς τύχης;

τὴν μαύρην γένειον, καὶ παρὶς ἐλπίδας;

Μὴν δ' ἀπὸ θανάτου ἀπαρτίζονται οὐδὲ πῦρ οὐδὲ

ἀδύρτα τῶν τῶν ἐλπίδων ἐχθρῶν.

Αἱ δὲ γένειον, πάλαι καὶ ἀνθρώπων, ἄλλοι δ' αὖ ἄλλοι

ἐχθροὶ θανάτου, καὶ μεταβάλλονται.

Cur timor est vobis genitrix Mori alma quietis?

Quæ morbos placat, pauperiemque leuat?

Illa semel tantum mortales visere suevit,

Nec quisquam vidit mox rediisse virum.

Sæpe recurrentes cum vexent corpora morbi

T

Mutati,